



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XCIII. Deus vltionum Dominus, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Exurgunt fluuii, Pater, strepentes,  
Extollunt sonitus suos ruentes,  
Fluctus proiciunt & astuantes,  
Sunt grandes strepitus aquæ marisq;  
Sed maior Deus aquis & benignus:  
Rectum iudicium tuum: perennis  
In tectis, pietas, tuis relucet.

PSALMVS XCIII.

Deus vltionum Dominus, &c.

O Deus in cælis, cui competit vltio soli,  
Vltricem dextram, mi Deus, exerito.  
Reddas pro meritis sua præmia digna proteruis,  
Qui iustus index, sceptra superba regis.  
Quo tandem usq; Deus, ceu se quipeda lia verba,  
Audaces iactent, pestiferi q; vomant?  
Hæredem populū feriunt male, verbere mulctant,  
Cædentes viduas, teq; patre orbe, simul.  
Dicunt: non aliquis Deus est, qui talia cernat:  
Non curet Deus hac, ô Iacobe, tuus?  
Vos stolidi in populo, dictis attendite nostris,  
O fatui, quando, ut vos sapiatis, erit?  
Lumina qui fecit Dominus, plantauit et aurem,

Aa 3 An

An non is videat verbaqs percipiatur?  
Castigans gentes an non is puniat ipse?  
Qui docet ignaros, quicquid ubiqs sciunt?  
At Dominus nouit prauipenetralia cordis:  
Felicem, Dominus quem sua iussa docet.  
Rebus in aduersis subeat patientia victrix:  
Dum pateat reprobo fossa parata viro.  
Non etenim Dominus populum propellat egenum,  
Haredem nunquam deseret ille suum.  
Inclita iura Dei, dubio sine, iusta manebunt,  
Huic omnes sancti murus ahenus erunt.  
Quis cōtra reprobos pugnans, mihi firmiter astat?  
Quis ué, meas partes qui tueatur, erit?  
Ni mihi nunc Dominus bonus auxiliator adesset,  
Prob anima obscura mersa iaceret humo.  
Dixi ego: pes mihi lubricus, ut labefact⁹ adhæsit:  
Me tua, magne Deus, gratia restituit.  
Mæstasqs, corda graui trepidarunt, ceu maris æstu,  
Latifici vultus restituere animam. (at  
Nil commune tibi cum fœda gente Cathedra,  
Quæ torquet legem pro ratione sua.  
Iustorumqs animas, instructi, perdere tentant,  
Dammando promta est sanguinolenta mang.  
At mis

At mihi præsidium Dominus, fiducia certa:  
Est Deus auxilium, portus et aura, meus.  
Peruersa illorum studia, omnia iure rependet,  
Conatus perdet noster fœna malos.

### PSALMVS XCV.

Venite, exultemus Domino, &c.

**E**la agite unanimes Domino exultemq; ouates,  
Quo nobis parta est auxiliante salus.  
Pectore gratifico præclari ad lumina vultus,  
Psalmis o cantu iubila leta sonent.  
Est siquidē Domini, Deus, et super omnia magnq;  
Rex, quo non viuit maior in orbe, Deus.  
Continet hic manibus, quæ tellus continet alma,  
Et quicquid montes per iuga celsa tenent.  
Ipsius est tumidum pelagus, quia fecit E' illud,  
Siccauit terram cunctipotente manu.  
Huc agite, E' proni fundamus vota precesq;,  
Ante Deum, cuius nobile plasma sumus.  
Ipse Deus noster, populus, ceu in pascua dicens  
Pastor oves, placida quas regit ipse manu.  
Vos hodie, vocem si exaudieritis amicam,  
Ne sint dura nimis, corda inimica Deo.

Quæles